Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.l.], 1519

Immanitatem vbis execrabilem esse

urn:nbn:de:bsz:31-270824

Visual Library

Traianos. Vlpius Nerua Traianus genere Hiſpanus, & ſi Chriſtiano nomini infeſtus, vtilis tamen fuit Ro. Imperio, nihil ferunt egiſſe vnq̄ꝫ, aut cogitaſſe, q̄d ad cõmunem uſum nõ ꝑtineret, Et (vt breuiter dicã) talem egit principem, quo poſtea inſtitutũ eſt, vt in nouorũ principũ creatione ad Iuſtiniani vſq; tempora acclamari ſit ſolitũ. Fœlicior Auguſto, Traiano melior, Sublato Traiano Imperiũ aſſecutus eſt Ælius Traianus Hadrianus, hic & in cõcione & in ſenatu ſæpe dixit, Ita ſe remp. geſturũ, vt ſciret populi rem eſſe nõ priuatã. Præter Traianos Imꝑatores legimus alterũ Traianũ patriciũ ſub Iuſtiniano Imꝑatore, qui cronica ſcripſit cõpendia admodũ probata, fidẽ orthodoxã ſecutus autores Volater. & Cataneus,

Vlpius Nerua

Ælius Traianus Hadrianus.

Traianus patricius

Marcosq;. M. Antoninus Pius ex Adriani deceſſu Imperiũ adeptus mirã in omnibus p̄buit æquitatem, nullus vnq̄ꝫ principũ per omne Imperij tp̄s, ita omnibus fuit gratus. Dicit̃ maioris Aphricani illud ſemꝑ in ore habuiſſe. Malle ſe ciuem unũ ſeruare q̄ꝫ mille hoſtes ꝑdere. Hunc ſecutus eſt M. Antoninus phũs. qui virtutem nullã nõ magnoꝑe exercuit, de q̃ plura Herod. & Capitol. Fœliciſſimus certe princeps, niſi heredem cõmodũ reliquiſſet Caligulæ Neroniſq; ſimilimũ, quin eis etiã libidine, auaritia, & crudelitate anteferendũ.

M. Antoninus Pius

M. Antoni. philoſophus

Herodianus
Capitolinus

Immanitatem vbiq; execrabilem eſſe.

ITaq; neq; apud extremas natões: neq; apud gentes q̄uis barbaras q̄dem atq; incultas non immanitas ipſa atq; efferatio oſtentui eſt: mõſtroſiq; partus habet̃ loco: nõ eam execrant̃ oẽs: vt hominũ generi maxime inutilem: vt ſingulis: ac maxime bonis q̄buſq; exitiabilem: vt dijs deniq; ipſis infeſtã: ipſiq; naturæ odibilem: ac ſuo q̄q; tp̄e: ſuis etiã cruciatibus ac pœnis ab ijſdem pſequendã. Quod exitus tandem ipſi: rerũq; cõuerſiones declarant: illorũ inſignes calamitatibus: qui immanitatem exercuere: iuſtiſſimiſq; eorũ nobi-

ſitatę ſupplicijs. Vt poſtremo iraſci Deũ ſit compertum: meritoq; ꝓpheta ille maximus: plorabũdus ac tremens domini furorem extimeat: excandeſcentemq; punitionem.

David

SCHOLIA.

Vt poſtremo. Iuxta vulgatum Valerij dictum. Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemq; ſupplicij grauitate compenſat.

Iraſci compertum eſt. Hoc dicit, quia plurimi exiſtimarunt nõ iraſci Deũ, q̃m vel benefica ſit tantũmodo natura diuina, nec cuiq; nocere ꝓſtantiſſimæ atq; optimę cõgruat poteſtati, vel certe nihil curet omino, vt neq; ex beneficentia eius quicq; boni ꝓueniat ad nos, neq; ex maleficentia quicq; mali, Quorũ errorem, quia maximus eſt, & ad euertendũ vitæ humanæ ſtatũ ſpectat, coarguit Chriſtianus Cicero volumine huic rei priuatim dicato.

Propheta ille maximus. Dauid poſt adulterium & necem Vriæ aliaq; cõmiſſa collachrimans illud orauit. Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

Humanitati ſtudendum eſſe.

QVo igitur hæc ipſa peſtis execrabilior eſt: ipſiq; hominũ generi magis exitiabilis: eo ſtudioſius colenda eſt humanitas: ac ciuilis vitæ ſtudium: colendæ artes liberales: humanæ ſocietatis & ornamenta & vincula. Excolẽdus animus moribus tum ciuilibus: tum rerũ ꝑclariſſimarũ cognitione atq; ſcientia. Cũ primiſq; oculi in cœlũ ſuſtollendi: conſiderandũq;: quid ſummo illi & optimo rerũ omniũ parenti ac rectori ſit ꝑcipue placiturũ: quibuſq; potiſſimũ artibus cœli-

Oculi in cœlum ſuſtollendi.